

SANCTI HIERONYMI  
DE VIRIS ILLVSTIBVS

LIBER SINGVLARIS

VITAE S. PAVLI PRIMI EREMITAE,  
HILARIONIS EREMITAE, MALCHI MONACI,

ET EPISTOLAE SELECTAE

CVM ADNOTATIONIBVS

IOANNIS TAMIETTII

Sac. politior. iitterar. doctoris



AVGVSTAE TAVRINORVM  
OFFICINA ASCETERII SALESIANI  
MDCCCLXXV.

**PROPRIETÀ LETTERARIA**

# JOANNES BOSCO SACERDOS

CANDIDO LECTORI S. D.

---

Libros circumspicienti , qui in scholis ordinis secundi teruntur, mirum profecto videtur adolescentulos, christianum nomen professos , historias , orationes et poëmata tantummodo evolvere veteribus passim superstitionibus imbuta. Non sum equidem ne- scius neminem ferme esse cum Tullio in elo- quentia comparandum; utque poëtas omittam, satis constat Caesarem, Livium et Sallustium eo styli nitore probari , qui vel saniores a scribendo deterreat. Sed cum vole latinae linguae studiosos ad optima exemplia con- fugere, quo totius bene dicendi artem arri- viant, tum idem ipse contendo eis omnino non esse catholicae doctrinae auctores invi- dendos, qui primis post Christum natum secu-

lis floruerunt. Quum enim multa peccent romani superioris memoriae scriptores in iis quae ad mores, ad germanam humanitatem, atque praesertim ad ipsam Dei creatoris et providentis notionem pertinent, omnino decet tenellos alumnos illis studiorum monitoribus uti, qui sibi credentem minime fallant, quiqe perversis veterum praeceptionibus sapientissima documenta opponant, mox laetissimos fructus latura.

Caeterum nemo tam hospes est in litteris latinis qui nesciat, complures christiana sapientiae scriptores, tametsi altius spectabant, quam ut extima styli parte famam consequerentur, se tamen ad veterum imitationem cum laude composuisse. Quare et Sulpicium Severum memorant, qui de brevitate cum Sallustio contendit, et Minucium Felicem haud sane inelegantem dictionem dialogis suis conciliantem, atque Lactantium, qui Tulliani styli virtutes est consecutus, plane ut merito Cristianus Cicero sit appellatus.

Quae cum ita sint, propositis iam pridem praestantissimis italicorum scriptorum voluminibus ad legendum, optimum factu existimavi, si italos adolescentulos in patriae

spem succrescentes ad eos latinos quoque scriptores duderem, qui christianam doctrinam professi, de litteris et de religione optime meriti sunt.

Utque a praestantiori orsus capiam, en tibi, candide lector, sancti Hieronymi scripta selecta, cum adnotationibus Ioannis Tamietti, salesianae familiae alumni, doctoris politicorum litterarum diligentissimi. Postquam vero librum singularem relegeris de *Viris illustribus Ecclesiae* breviter et dilucide digestum, non sine voluptate Paulum Hilarionem et Malcum spectabis, solivagam Antonii et Macarii sapientiam in recessu Thebaidos sectantes. Quas quidem narrationes ob oculos sibi olim proposuerunt majores nostri, unde et sanctissimae vitae rationem, et materiam sumerent ad gentis linguam tum primum vagientem excolendam. Volumen claudunt epistolae nonullae, quas intuitens nihil certe jucundius, nihil purius, nihil eruditius desideres.

Nec plura. Vale.

Dabam Augustae Taurinorum ipsis cal. januarii an. MDCCCLXXV.



# INDEX

---

IOANNES Bosco SACERDOS CANDIDO LECTORI S. D.	<i>pag.</i>	3
Hieronymus Dextro . . . . .	»	9
Vita s. Pauli eremitae . . . . .	»	109

## VITA SANCTI HILARIONIS.

CAPVT I. Hilarionis ortus. — Alexandriam mittitur studiorum causa. — Fugit ad s. Antonium. — In solitudinem sese recepit , anno aetatis suae quinto et decimo . . . . .	»	129
— II. Eius vita in desertis locis. — Daemonum in- sidiae et vexationes . . . . .	»	131
— III. Brevis totius Hilarionis vitae descriptio	»	133
— IV. Hilarionis miracula . . . . .	»	135
— V. Aristaénetis et Helpidii duos liberos resti- tuit sanitati . . . . .	»	136
— VI. Visum mulieri cuidam reddit. — Liberat quosdam correptos a malo spiritu. — Revo- cat paralytico membrorum vigorem . . .	»	138
— VII. Italicus, asperis equis et stabulo aqua ab Hilarione accepta , in ludis Circensibus vi- ctoriam obtinuit . . . . .	»	142
— VIII. Puellam servat, quae vi magicae artis in magno virtutis discrimine versabatur . . .	»	144
— IX. Expellit malos spiritus, qui vexabant can- didatum imperatoris . . . . .	»	145

CAPVT X.	Malos daemones fugat e camelo mirae magnitudinis. — Quantae opinionis apud S. Antonium esset. . . . .	pag.
— XI.	Convertit villulam ad Christianam religionem. — Quorundam monachorum avaritia »	
— XII.	Hilarion queritur , quod solus non sit. — Mente raptus videt mortem s. Antonii. — Praedit vexationes , quibus Christiani mox in Palaestina afficiendi essent. — Invisit loca , ubi s. Antonius commoratus est. . . . .	»
— XIII.	Habitationis s. Antonii descriptio . . . . .	» 156
XIV.	Hilarionis precibus pluit, quum iam tribus annis coelum esset clausum. — Fugiens famam et insidias pervenit ad deserta Oasis loca	
— XV.	Hilarion Paretonium , atque inde in Siciliam se contulit, ut latere tandem posset; sed eum mali spiritus eiusque miracula ubique detegunt . . . . .	» 159
— XVI.	Hesychius eum quaerit , et post multos labores invenit. Sed Hilarion in Dalmatiam fugit, ubi magna serpentem igni dedit. et fluctus maris horribile fremitu, et damno exundantes signo crucis repressit . . . . .	» 161
— XVII.	Hilarion ad insulam Cyprum transfrat; multaque ibi operatus est . . . . .	1
— XVIII.	Hilarionis obitus . . . . .	»
De vita Malchi captivi monachi . . . . .		»

### EPISTOLAE HIERONYMI SELECTAE.

AD NEPTIANVM.	De vita clericorum et sacerdotum »
AD HELIODORVM.	De laude vitae solitariae . . . . .
AD RVSTICHVM MONACHVM . . . . .	»
EPISTOLA AD PAVLINVM.	De institutione monachi . . . . .
AD THEODORAM.	Epitaphium Lucinii Boetici . . . . .
EPISTOLA AD INNOCENTIVM.	De muliere septies icta